Fragmentarium

7ta vtilitas quod digne sumenti hoc sacramentum
etiam sepe dimittuntur peccata mortalia secundum
tamen sanum intellectum est multiplex. Contingit
enim quod [illegible] est in peccato mortali. Primo sic quod actu
aliquis committit aliquod mortale peccatum actu
exteriori vel interiori et talis non dimittit peccata
mortalia nec debet sic accedere nisi prius peniteat
et satisfaciat aliis sumendo de novo
committeret peccatum. Secundo sic non quod actualiter
faciat peccatum mortale sed scit se talem prius
commisisse et de illo non penituit nec
aduertit peccatum ut deceret quod forte non dolet
aut proponit postea conteri et tale quod aliud
mortale committere et talis non debet accedere ut prius
Tercio est quis sic in peccato mortali quod licet peni-
tuit de eo in corde per veram contricionem tamen adhuc
non est confessus nec [illegible] absolutus et talis
non debet accedere nisi prius confiteatur ore si ut prius
commode [illegible] et haberet presbiterum [illegible] vt
vsque [illegible]. Quarto sic quod prius commisit quod peccatum
mortale sed iam non recolit quia ignorat et est
oblitus ibi distinguendum. Vel ei talis ignorantia
est affectata [illegible] et [illegible] attendit
et sumendo peccat mortaliter quia talis ignorantia
non excusat sed auget peccatum. Vel aut ignorantia

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. 3841, Cod3841_HDS – Instructions for pastoral care, priestly life and the upbringing of boys (https://fragmentarium.ms/view/page/F-3ulj/4161/43398)